

Et Concl. patet per Breue Adriani. 6. ad petitionem Imperotoris Caroli. 5. anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo Pontificatus sui Anno. 1. Cesaraugustę ubi dicitur. Et insuper ut melius præfata cōueratio insidelium fieri valeat, & saluti animarum omnium in præfatis terris Indorum pro tempore degentium prouideatur, volumus, & tenore præsentium de plenitudine potestatis concedimus; ut præfati prælati fratrum, & alij quibus ipsi de fratribus suis indicatis Indiis commorantibus duxerint committendum, in partibus, in quibus nondum fuerint Episcopatus creati, vel si fuerint, tamen infra diuinorum dietarum spaciū, ipsi, vel Officiales eorum inueniri minime possint, tam quo ad fratres suos, & alios cuiuscunq; ordinis, qui ibidem fuerint ad hoc opus deputati, ac super Indos ad fidem Christi conuersos, quam etiam ad alios Christicolas addictum opus eosdem cōmitates, Omnimodam auctoritatem nostram in utroq; foro habeant tantam, quantam ipsi, & per eos deputati de fratribus suis, [ut dictum est] iudicanerint opportunam, & expedientem pro conuersione ditorum Indorum & manutētione, ac profectu illorum, & alio